

UNIVERSITEIT DE L. UNIVERSITEIT

CORRESPONDANCE  
DE  
J.F. BOISSONADE

II  
—  
F-M

BIBLI.  
DE  
L'UNIVERSITE  
M.S.  
1559

BIBL.  
DE  
L'UNIVERSITÉ  
M S.

1552





MS  
Fiches faltas



Correspondants  
de  
J. F. Boissier

Ms 452.

II

F. M



Summo Viri

Boissonadio

L. Kayser

S. P. D.

Vix audeo Tibi, harum litterarum principi, immaturum foetum ingenio mei proponere. Invenies haud paucis istius dissertatiunculae locis ne esse hominem, eumque invenem, et adhuc satis indoctum. Ut tamen certo. Tuo et vero iudicio libellum submitterem, fecit imprimis Tua ab omnibus cognita humanitas, qua litterati mundi progressus invas ac tueris, fecit Creuzeri, cuius intima familiaritate, felix, fruor, auctoritas, fecit denique meum Philostrati studium, cui abs Te uno plurima et maxima collata videriam, haud exiguum. Vererer quidem, ne haberes importunum me, qui Tuam operam expectarem, nisi Summi viri, Jacobini benignitas, animum, Te quoque adjuvandi, fecisset mihi. Ille scilicet, cui dissertationem misissem addita epistola, et humanissimis litteris, et animadversionibus, nullo Pactolo, ut cum Nostro loquar, redimensis, me beavit. Sed quid ago? ipse Tu consilium editionis fortasse cepisti, et ego Tuas copias spero! Immodestissimus homo essem, nisi statim de hoc incepto tum desisterem! Sin de tali opera nondum cogitasti, Te adhuc orare possum, ut Tua correctione, admonitione, disciplina indignum ne putes me. Quod si abs Te liceat expectare Tibi, quae in isto opusculo iam improbarit Jacobinus, quaeque nova addiderat, indicanda census, ne tempus perdas in rebus actis. — si quidem temporis Tui paululum relinquere niant poteris, aut cupies.

sin minus certe Teum communicando egregias Jacobsii emendationes, non plane ingra-  
tam Tibi hanc scripsero epistolam. Vale, salve, Doctor Germaniae!  
Dabam 18. Nov. 1801. Heidelbergae.

*Handwritten scribble*

*Handwritten scribble*

*Handwritten scribble*

*Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.*



- P. 480. male scripsi addit τὸν λόγον, pro, habet.
- P. 482. lego. ἢ μὴ ἀπαρχὴς τε καὶ κοινὸς.
- P. 488. — καὶ τὰς ἐαυτῶν, αὐτὸν ὀφθαλμῶν.
- P. 491. Tasts. con. ἀπ' ἡδονῆς.
- P. 494. Dormitavi, scribens τὸν E. Midos pro τῶν E. Midos.
- P. 496. scribo κατὰ Ἀδριακὸν ut est p. 571. ἐπιβ. δευτὴ κατὰ τὸν πῦλον Ἀδριακόν. Ibid. fr. τὸν τὸν Π. λόγον.
- P. 501. Tac. καὶ γὰρ αὐτὸν κακίον. cum Paris. ed.
- P. 509. Tac. ~~ἐπαινεὶ Ἀδριακὸν pro gloria habet.~~
- P. 513. Tac. τὸ πρὸς αὐτὸν.
- P. 515. Tac. Χορὸν ἀνδραγαθῶν scribit.
- Pb. in fin. minime placet mihi hoc post ἑπὶ τῶν.
- P. 516. Tac. εἰ δὲ αὐτὸς τε ποῦν.
- Pb. Tac. ἐπιτετυχεῖν.
- P. 517. Tac. momento νεότερον nunc probum puto.
- P. 522. Tac. interpunxit καὶ, nihil ἀποκομίσθη B.
- P. 523. Tac. corrigo κατὰ pro δευτῆ.
- P. 525. Tac. sic scribit: ἀπλοῦτον δε (sc. Dionysio) διαπεπῶς ἀπλοῦτον (sc. ἀπλοῦτον ut p. 524?) πρὸς τὸν τὸν Διοσκῶν; longissimam non tam meam reddens inutilem.
- P. 529. ἐπὶ τῆς μὲν lego.
- Pb. πολλὰ καὶ θαυμάσια legerim, ut est p. 533.
- P. 533. εἰπόντος, ἢ διότι nunc, legendum puto.
- P. 535. Tac. προτιθέμενος ~~καὶ~~ ἀλλήλοισι.
- P. 547. Tac. ὡς ἐπὶ τὸν om. καὶ.
- P. 561. ἀπολογίας posuit O. pro ἐξελθῆς, fortasse scripsit O. ἐξελθῆς, sive ἐξελθῆς ἀπολογίας ἀπλοῦτον.
- P. 567. Tac. ἐπὶ τὸν ἐπὶ τῶν.
- 580 P. 578. Tac, fort. πολέμιος, ut legislator, pro πολεμῶν.
- Ibid. εἰπὸς Ἰσάου Jacobsium iam in nota ad Achillem Tatium correxisse, sero cum esset, animadverti.

- P. 589. πρὸς αὐτὸν scribendum, et
- P. 598. πρὸς τοὺς ἐπὶ Ἀδριακῶν.
- P. 600. Pro καὶ τοῦτο ex usu Philostr. τὰς τοῦτο.
- P. 603. αὐτῶν ἑλευθέρων. fr. in E. τοῦτο.
- P. 610. Tac. τὴν καλλιστὴν tectur, nec in-vo-  
bis ἐπὶ μὲν, μὲν articlem requirit.
- P. 611. τὸν ἀνδρα, εἰ μὴ τὸν δόξα;
- P. 616. Tac. καὶ γὰρ δι' ἡγεῖν ἰσάου.
- Pb. Tac. ἐπὶ τῶν, pro ἐπὶ τῶν.

P. 517. Tac. momento νεότερον nunc probum puto.  
 P. 525. Tac. sic scribit: ἀπλοῦτον δε (sc. Dionysio) διαπεπῶς ἀπλοῦτον (sc. ἀπλοῦτον ut p. 524?) πρὸς τὸν τὸν Διοσκῶν; longissimam non tam meam reddens inutilem.



AVIS.  
Les Bureaux sont ouverts

depuis huit heures du matin  
jusqu'à huit heures du soir,  
sans interruption.  
Tout Bulletin d'enregis-  
trement raté ou surchargé

A

Monsieur, Monsieur J. Fr. Boissonade

Membre de l'Académie des Inscriptions et. 27 Nov. 34  
per. M. N. N.

a  
Paris







ETIENNE BIRGE  
1840-1864

Allemagne  
P. Strasbourg

Monsieur  
M. Boissonade  
Academie  
des Inscriptions  
Paris

apports Rue des ponts hotelle N° 18 apports  
partit le 26 aout

60  
Monsieur  
Monsieur

19  
AOUT  
1864

A. 57262  
a com. 65 ans

Recu. 24 Nov. 36



Viro Summo

Joanni Frederico Poissonadio

Ludovicus Kayser

S. P. D.

Triennium fere iam praeterit, quod familiari cuidam, parum sane litterato, qui Parisios  
esset profecturus, fasciculum tibi ad Te perferendum, quod tamen, illius, credo, incuria  
ad Te non pervenit. Id nuper demum pro certo comperi, sed iam pridem tale  
quid commissum esse eram suspicatus: continebat enim fasciculus ille tria huiusce  
dissertationum exempla, quorum primum Tibi offerre ausus, reliqua duo Flasio et  
Sauris, epistolam quoque ad Te addideram, qua Tuam ad editionem adornandam  
N. S. consilium exoptavi. ei epistolae aliquandiu spem foveram Te responsurum,  
audacem quidem illam, sed tamen excusabilem eo, quod Jacobsius ad quem, ut alteram  
post Te Philostrati sospitatorum, et specimen istud criticum, et litteras illius viri  
consilium oraturas miseram, egregie superaverat optatum meum, ad illas litteras  
non respondens solum, sed etiam copias suas, ad libellum Philostrati illustrandum  
atque emendandum pertinentes, easque valde locupletes, singulari benignitate sua  
et liberalitate mihi concedens, additis etiam praeclearis conjecturaram inearum correctioni-  
bus. Coniectionem autem illam, de Tuo, Viri Humanissime, silentio, ante paucas septimas  
nas veram esse cognovi, quam Flasio viri Clarissimus per amicum interrogatus  
accepissetne notulas meas, nihil eiusmodi se visisse affirmasset.

Tam non est, quod de illius hominis negligentia valde doleam, quia maiori hodie iure  
 Te de instituto meo adire mihi licet, plura, quam tunc potueram, editionis instrumenta  
 collegi, neque plane recens ac novitius, in hoc quidem genere, ad Te, Virum &  
 E. Myroni principem accedo. Et quod caput est, nunc demum pro certo habere mihi  
 videor, quid abs Te solo, si ab ullo, discere possim ac debeam, cum ne Jacobsius quidem,  
 nuper a me consultus, de quibusdam rebus quidquam indicare mihi potuerit, ut qui  
 remotior sit a fontibus editionis.

Sed Tu noli succensere mihi, istud negotium longius nunc expositurus.

Philosophi liber iampridem cum in modum me tenuit, ut statuerem, cum materia quaver  
 da esset dissertationis inauguralis meam qualemcunque operam in illum conferre.  
 Definito tempore opusculum philosophorum astratiarum ordini exhibendum erat, tum omnis  
 festinanter, ex lege quadam academica prelo est subiectum, inde excusabis, quod non  
 pauca insunt lituram merentia, typographica etiam multa vitia. Ad manum autem  
 n. 132. et Gudianus, n. 25. Ille recentior est, et inferioris sane notae, diligenter ipse deus  
 examinavi istum librum, sed parum est accuratorem meam remuneratus; vitio sissine  
 scriptus perpaucas, quae quidem probabiles sint, proprias praebet lectiones. Multo  
 melior est cod. Gudianus assertus in bibliotheca Guelpherbytana, cuius variantes P. C.  
 Fleßius, professor Helmstadiensis mihi excerptis, cura dilectissimi praceptoris, et  
 amici paterni Fr. Creuxeri, qui idem meum idendi Vitae S. consilium confirmavit.  
 Gudiani libri bonitas praecipue ex Jacobsii in Achillem, Satium et Philosophi  
 Imagines me adverterat, sed minoris tamen cum nunc aestimarem ex Fleßii excerpto,  
 nisi Jacobsius quoque varias lectiones ex illo codice erotatas, cum ille professor  
 Helmstadiensis multa, et optima omisisset, accepissem. Dem ille antistes Bononiae  
 artium etiam ex cod. Parisino 1666. excerptas meum <sup>communica</sup> ~~commisit~~ diversitates lectionis  
 a pag. 479-526. ed. Ol. unde intellexi consensum eius libri cum Gudiano, multo tamen  
 detiore. Antea quoque ex Heroicis Tuis praestantiam Parisini codicis cognoveram.  
 Itaque primum amico cuidam meo, Schwebelio, Parisiis degenti, collationis negotium  
 commisi, atque Deus, quem nondum eius viri opera mihi satisfecisset, ad E. Millerum  
 Flasi alumnum, MSS. Graecorum Regiae bibliothecae custodam detuli, qui cum mea  
 deficiencia magna ex parte expleverit, nunc ex utraque Milleri et Schwebelii  
 collatione indicare possum de utilitate illius membranae.  
 Omnia tamen, quae adhuc conquisivi, quarto libro manuscripto inferiores sunt, duos  
 tino, P. LX. cod. 15. quem in usum meum eximius illius bibliothecae custos, Fr.  
 del Furia cum ed. Morelliana collegit. Quae in Parisino codice a secunda manu  
 emendationes deprehenduntur, eae mihi ex libro eiusdem familiae fluxisse videntur,  
 si non omnes, tamen magna ex parte. Parisinus certe, quantum ex meis copis nunc









Viro Summo

To. Fr. Boissonadio

C. L. Kayser

S. P. D.



Diuturnum fuit meum, Vir Illustrissime, tecum silentium, quippe qui otium tuum, toti litterarum civitati carum, non sine causa interpellandum putaverim. Nunc est, cur, posita dubitatione, ad Te accedam, tuamque benignitatem meam in gratiam implorem.

Philostato studia mea devota esse non ignoras, sed nondum tibi indicare licuit, angustiores fines, quibus me plures per annos tenebam, nunc egressum aliquanto maiora meditari. Collegi subsidia minime contemnenda ad Epistolas, Parisinum cod. 1696. Vaticanum 87. qui paene idem est cum Vaticano 150, Vaticanum 96. Urbinatem 127. Palatinum 155. qui consentit cum duobus Constantinianis, exspecto etiam Lugdunenses, Oxonienses et Cantabrigienses copias. In Epistolis tractandis occupato affertur nuntius luctuosissimus de obitu G. T. Bekkeri, mense Junii huius anni. Nosti haud dubie, hunc virum praeparasse editionem Vitae Apollonii, in quo negotio nonnihil ei procuravi: Specimina quatuor Cod. Vaticanorum, duorumque Venetorum, praecipue autem antiquissimi Florentini msti. totam Collationem, litteris datis ad Fr. de Furia. Fluvius codicis varias lectiones Bekkerus, ut erat animo in me benevolentissimo, mecum communicavit statim, postquam confectae erant, Creperus autem, qui olim a Parone de Schellersheim codicem plures menses commodatum acceperat, eiusque varietatem margini exemplaris sui adscripserat, eadem liberalitate mihi permisit, ut istis copiis uterer. Aliquatenus is codex tibi notus est ex Bekkeri specimen critico in V. A. 1816. iam edito. Bekkeri morte nuntiata Creperus monuit, ne cunctarer operam quasi hereditario iure mihi commissam suscipere. Nec mihi deerat voluntas, quin ne cui septennio fere nullus dies praeteriret, quin aliquid in hoc nostro scriptore aut lege rem, aut alio modo occupatus essem. Hoc tamen videbam, msti illis, quamvis frequentissimus Urbinas, 110. quem Laccagnius et Olearius summâ negligentia excerpterant vel usurparunt, quod perpexi ex uno specimen (ed. Ol. p. 241-249), dedi etiam ad Virum Reverendissimum

187  
Fridericum Jacobinum, penes quem sunt lectiones cod. Vateslaviensis. Nunc vero Te quoque  
rogare audeo, ut patrias describi ex Tuis schedis collationem cod. Par. 1696. quam Te  
possidere suspicor ex plurimis citationibus, passim in Tuis libris occurrentibus, praestanti-  
ssimi huius codicis. Noli autem meae audaciae succensere, quae orta est nimis fortasse studio  
sophistae, quem si aliquanto venustior, quam nunc legitur, in lucem publicam emittere  
potuero, iucundissimam studiorum fructum tulisse me arbitrabor. Tu igitur pro Tua  
egregia humanitate de rogatione mea statues.

Propediem exhibit specimen operae meae in Philostrato posita, de qua Tu nuper benigni-  
sime pronuntiasti ad Theophylactum Simocatham p. 248. Utinam contingat Tuam expec-  
tationem non frustrari! Suntibus certe non pereperi: impensae in collectionem criticae  
apparatus factae nimis magnae sunt, pro ambitu libelli; neque sestinari, sed ter qua-  
terque retractari commentarios, nec dubito, quin haud pauca deletem, si redderentur  
mihi, quae olim ad Te misi de aliquot Louis V. S. Sed hic non est locus de magis  
meis amplius differendi. Tu ipse videbis, quid rei sit, quam ad Te exemplum  
editionis meae misero: quod ante Kalendas Iunias fore spero.

Tu, Vir Excellentissime perge mihi favere, et, quod caput est, ipse valere. Tuus  
Summus multos annos Te litteris omnibusque litteratus conservet. Vale!  
Dabam Heidelbergâ. 16. Dec. 1837.



Viro Summo

Joanni Francisco Boissonade

S. P. D.

Carolus Ludovicus Kayser.

Tam accepisti, aut mox accipies opusculum meum, tam diu fatum, nunc aliquando in publicam lucem editum, quod nemini magis probari cupit, quam Tibi, primo Philostrati Ispiritatori, cui debet plurimum. Laetabor, si invenias, me operam dedisse, ut ne indignus Tuo favore videar.

Nondum gratias egi benignissimae Tuae promissionis, quam mense Martis per Millerum mihi fecisti, quum illi indicabas, Te ipsum mea causa varias lectiones cod. Par. 1696. annotaturum ex Tuo exemplari, quod ut sibi liceret facere, Millerus rogaverat. Non poteram sane expectare, Te, Virum in his litteris principem tam honorifico munere beare velle me; destuli autem, quod grati animi sensus statim fieri flagitabat, ne immodestiae obstringerer, festinationem quandam proders, nunc vero, ubi transmittendus fuit ad Te libellus meus non amplius licet tacere, sed hoc tamen expeto, ut de Tuis negotiis meam in gratiam minimum detrahas temporis.

Vale, Vir Humanissime!

Dabam Heidelbergae. IV. Kal. Sextiles MDCCXXVIII.







Viro Summo

J. Fr. Boissonade

S. P. D.

C. L. Kayser.

Acceptissimum et expectatissimum  
 Tuum donum nuper ad me perlatum est,  
 Ditis Tua splendore et artis criticae et  
 doctrinae exquisitae excellens Epistolarum  
 Philostratarum. Multis itaque nominibus me  
 tibi devinctum scito: nam ut lectione riti-  
 sissimi voluminis me beasti, ita adjutus sum  
 ad criticam hujus partis melius administrandam,  
 dum intueor te cautissime et circumspecte  
 procedentem, quod denique, nimis quidem benigne,  
 raticinatus es de futura mea totius scriptoris  
 exdōbei, haec ipsa professio, qua Tu insignem  
 favorem in me Tuam prodidisti, valde mihi  
 profuit in redemptore inveniēdo. Quem enim

787

Jacobsio interprete jam eram nactus, tempus adeo  
trahebat, ut morae impatiens eum valere juberem,  
atque suam amicissimi Spengelii Turicensem Socium  
adirem. Hic aliquamdiu cunctatus nulla re  
magis permotus est ad recipiendam scriptoris  
obscurioris curam, quam Tuis verbis, ipsi re-  
citatis ab humanissimo viro H. Meiero. Ita-  
que jam sudat Philostratus meus sub Caelo  
Helvetio, quod Tibi, Vir Optime, debere  
me, summa cum voluptate ac gratissimo  
animo nunc nuntio, ac spero mox fore, ut  
speciminis causa ad Te transmittam primas  
plagulas Vitae Apollonii, in qua recensenda  
tam multum abs Te profeci.

Quod <sup>itaque</sup> Heroica cedere noluisti, ac quidem mea  
causa, valde doleo, Vir Praestantissime! ex  
immensa enim doctrina Tua haud dubie  
plurima attulisti xpi et ~~egyptiorum~~ illius  
libelli inservientia, quae nunc magno cum  
damno premuntur. Sin autem mecum communicare  
velis, quae collegisti nova, inseram Tuo no-  
mine adscripto notis meis. Ceterum hic quoque

ostendisti, quantopere mihi faveas. Evitar ergo,  
 quam maxime sinent tenuis vires meae, ut  
 gratia Tua ne plane indignus existam.  
 Tu autem, Vir Excellentissime conserva  
 mihi Tuam benivolentiam omni pretio  
 cariorum, ac vale etiam atque etiam, summum  
 litterarum decus et praesidium!

Craeporus Te salutatur et pro me gratias  
 agit, est enim animo in me plane paterno.  
 Iterum vale.

Heidelbergae 11. Aug. 1842.

A Monsieur  
 Monsieur J. Fr. Boissonade  
 Membre de l'Academie des Inscriptions  
 Paris.

739

Viro Summo

To. Fr. Boissonado



S. P. D.

Ludovicus Kayser.

Occasione oblata utor, Vir Humanissime, ad mittenda  
 Tibi pusilla quaedam ex ~~regum~~ ingenio mei, Pindarica  
 et Homerica, quae boni consulas, quaeso, neque sto-  
 macheris, si in alterutro parum bonae frugis invenias.  
 Non possum, quin gratum animum meum Tibi etiam atque  
 etiam prohem, quod tam benigne editioni Philostratae  
 riam munisti. Vix enim credo sine illo tuo  
 illustri testimonio Turicensem bibliopolam ausuram  
 fuisse recipere negotium. Splendide nunc typis  
 describitur auctor: jam pervenit typographus ad  
 12 num quaternionem, h. e. ad p. 210 ed. Ol.  
 Turabit me, Tibi, egregie fautor, post aliquot

menses mittere priorem ed. partem, in qua erit  
Vita Apollonii. -

Ad ceteros libros satis multa collegi, quibus verba elegan-  
tissimi sophistae restituantur pristino suo nitore; ad Ima-  
gines tantum desidero nonnihil: imprimis lectiones codicis  
Par. 1698 et 2019, qui alter secundum tantum habet librum.  
Fortasse Discipulus Tibi est ad talia negotia  
adoneus, qui magnopere sibi me devinciet exhi-  
bendis lectionibus capitulum 2 et 23. secundi libri:  
de Achillis educatione et Herculis furore; unde intelligam,  
sine plena collatio horum librorum mihi necessaria

Adjeci Tuis exemplaribus nonnulla ad collegas  
Tuos, quae ignosce quod Tuae curae mandavi  
sim ausus.

Vale, ac perge favere inceptis meis. Creper  
Te salutat.

Heidelbergae, 24 Febr. 1843.

Rep. 15 Jul. 43

740



Viro Summo

Joanni Francisco Boissonadieu

Ludovicus Kayser.

Quod Tu ipse mea causa laboris recepisti, cum ego id tantum abs Te petivissem, ut per doctiorem aliquem discipulorum Tuorum curares, pro benignitate in me Tua, faciendum, maximas Tibi ago gratias. Nec ausim, amplius Tuum otium occupare, praesertim qui tam multa multumque jam ~~pro~~<sup>in</sup> me contuleris. Si qua supersunt, quae de Imaginum codicibus Parisinis edoceri cupiam, expectabo Milleri nostri reditum ex Hispania. Unum tantum liceat Te rogare, Vir Humanissime, cum nescis qua de causa amicus ille mihi quaerenti haud satisfecerit: est in codice 2075 indice scriptum: Philostrati Imagines. Eiusdem Descriptiones. Qui titulus quo referatur, comperire sane velim; noli tamen mea gratia properare, sed si quando occasio Te in bibliothecam ducat, memoriam negotiunculi mei, si libeat, revocabis.

Philostratus noster processit ad p. 294. ed. Ol. ut spes sit, absolutum vii Vitam Apollonii autumno exeunte hujus anni.



Received of

the sum of £100  
for the purchase of  
the land of the  
said of the  
said of the

of the  
of the

of the  
of the



A Monsieur

Monsieur J. F. Boissonade  
de l'Academie des Inscriptions

Paris.  
Bibl. theque Du Roi

Partie  
du College de France  
a Paris



Paris 17. Jan. 1766

742

Viro Summo

F. F. Boissonado.

S. P. D.

C. I. Kayser.



Novum annum faustum et felicem Tibi, Vir Humanissime gratulans Deus Optimum Maximum imploro, ut Te nobis validum et hilarem conservet in multos annos, unde civitas litteraria egregios fructus amplius percipiat.

Post hos duodecim vel quatuordecim annos spero me colophonem editioni meae imposituram, nisi quid intemerit inexpectati. Quod quidem jam accidisse videtur, si vera est fama de reposito a Myra Gymnasico Philostrati. Scilicet neminem magis quam me hic nuntius excitare potuit. Ornamentum singulare inde accedet operi instituto; idque sic adornabitur, ut, si diutius retineatur cimelium illud, tamen inseri possit aliquando apto loco. Percupidus vero sum cognoscendi te, quoniam Te adire volui, Vir Optime, cujus favorem hoc tamque eximius testimonius expertus sum, ut, si possis, mihi indices, quid de illa re Tibi innotuerit; num jam Parisios perlatus sit superbaeque illi, non lacer, ut spero, sed plenus et integer — quando editio ejus proditura sit, et talia. Fortasse Tu ipse invenire poteris, ut citius cum philologis communicet librum. De me nolim quidquam ei indicari.

587

Nunc processit typographus ad primum quaternionem *Vitarum Soph.* quae  
novis curis aliquanto puriores eribunt, quam editio peculiaris. *Vita*  
*Apollonii* absoluta est 21 quaternionibus, quorum Praefatio duos occu-  
pavit, Notae exegeticae et Scholia paene tres, reliquum contentu con-  
tinetur. Saepe et gratissimo animo in hac opera Tuo auxilio usus  
sum; discipulo autem in Heroicis quoque Tuis niti copias, siquidem  
placeat Tibi, mecum ante mensem Aprilem, quo ille liber  
prelo subjici coeperit, communicare thesauros Tuos, et si quid *Bastii*  
superest, quem ex catalogo 1811 edito intellexi commentatum esse  
in opus Tuum.

Scribe mihi, Vir Illustrissime, num partem, quae *Vitam Apollonii*  
complectitur, jam nunc mitti Tibi velis, an otium Tibi nunc  
non suppetat inspiciendo libro. Si statim mittere liceat, unam  
conditionem addere audeo, ne cui, praeter Te, usus ejus committatur,  
ceterum valde gaudeam, si Tuo examini submittere possim  
et Tua admonitione, Tuoque consilio etiam ad ea, quae  
nondum infecta reddere adestor.

Vale, Vir Summe, et me in hominibus Tibi addictis-  
simis habe.

Dabam Heidelbergae 4. Jan. 1844.

Creperus Tibi multam salutem.

Viro Summo

J. F. Poissonado

S. P. D.

Lud. Kayser



Gratissimae, Vir Humanissime, mihi fuerunt Tuae  
 litterae, quibus egregiam Tuam in me benevolentiam,  
 multis jam exemplis perspectam iterum cognovi.  
 Itaque scito Tibi non facile quemquam addictiorem,  
 majoreque veneratione mihi Tui incensum, quam  
 me, qui nil non Tua causa facturus sum  
 libentissime, ac velim haec mea verba  
 non loquor habere, sed profecta ex ani-  
 mo sincero.

Quod scribis de libello recens invento  
 habet, quae delectent, etiam quae placeant  
 minus, delectat, Te suscepturum esse

817  
H. H. 78 112A

editionem, ut spes sit, Tua insigni  
cura adhibita fore ut corpus male  
habitu felicissime restauretur. Displicet,  
quod in manibus Graeci hominis ad huc  
est, qui nescio an operam conglutinandi  
laci voluminis et describendi non ea  
quae oportet, diligentia et circumspectione  
administraturus sit. Huic Te cupiam in  
quovis conatu consiliarium, si cupere,  
et non expectare meum esset. Hoc  
unum Te rogo, possimne aliquando, si  
liber in Tuas manus faustas et antiquitati  
tractandae artissimas pervenerit, epigraphum,  
mercede ἀξία a discipulo aliquo Tuo con-  
ficiendum, abs Tua benignitate accipere?

Non audeo ante Te edere, sed possem  
in Praefatione totius editionis aliquid  
certi de isto <sup>ἐπιγράμμι</sup> profere, quod  
si abs Te erit in lucem publicam  
emissum et ipse ea ratione aut affectu

aut perfectae editioni Philostratorum includam,  
quae tibi nuper a me est indicata.

Ex diurnis libellis, qui inscribuntur „le Moniteur”  
Jan. 5. cognovi, in codice, in quo Π. Α. γρηγορασιος  
inest, inveniri etiam fragmentum Heroicorum, et  
Epistolarum. Vides, Vir Summe, nam lectionibus  
hujus particulae voluminis pretiosissimi  
Tua benevolentia adjutus, possim uti ad  
Heroica castigata edenda, quae mense Maio  
hujus anni prelo subjicientur. Intelligo,  
quam molestus tibi sim orator, ut verendum  
sit, ne exorator non sim, quamvis singu-  
laris Tuis sit in me favor et indulgentia  
incomparabilis; quam obrem audacter  
meis votis tibi patefactis mihi amplius  
addo, nisi me in Tua clementia, quid-  
quid statues, acquiescere.

Ut cumulum addam meae proacritati,  
non contineo me, quo minus ex Te quaer-  
ram de codice Veneto, quem in editione  
Heroicorum significas littera i.

Procurari mihi Specimina a Ven. Codicum 392, 51A,  
Cl. XI, 29 ex supplementis Marcianae, qui omnes  
cum Tuo in ~~non~~ consentiunt. Codex autem  
ille valde memorabilis videtur, estque com-  
parandus Neapolitano 86, quem Sprengelius  
meus insperit, Palatino 143, <sup>quem</sup> ~~ab~~ Heysius  
in aliqua parte mihi contulit et Laudiano,  
nunc Cantabrigiensi, quem totum in mea  
causam comparavit Vir excellentissimus  
Scholefield. Excultas, quaeso, Vir Optime,  
memoriam Tuam, ut discam, quis fuerit  
ille liber, quid praeterea in eo contine-  
atur, quo facilius deprehendere fugitivum  
possim.

Craepereus Te etiam atque etiam salutatur,  
Legendam ei tradidi epistolam Tuam,  
ex qua magna cum laetitia perspexit Te  
bene valere et litteris humanioribus tam  
strenue equestris Tuam operam dicare, quod  
ut is μακρὸν χρόνον contineres, optamus ex  
animo. Εἰπω σο! Heidelberg. 25 Febr. 1844.

Viri Summo

745

To. Fr. Boissonado

S. P. D.

C. L. Kayser



Ni fallor, prius volumen editionis  
Philostratae aut jam in manibus est  
Tibi, aut venturum propediem.

Habe illud monumentum meae in  
Te pietatis et grati animi, quo  
insignia merita, in me toties cumu-  
lata abs Te colere et testari  
coner. Si erit tractandi volu-  
minis otium, spero Te mihi

non de fore consilio, iudicio, emendan-  
do et castigando, quibus admoni-  
tionibus in Adendis saltem utar-  
oratus et memor.

De Mynae institutis fortasse  
Tu nunc plura me poteris do-  
cere; quando proditurum sit illud  
κρυπτόν, quod nosti. Quidquid  
de ea re scripseris, valde me  
obstinueris.

Vale, Vir Summe, ac perge  
michi favere. Creperus Te  
salutat.

Heidelbergae postidie Idus  
Octobres.

(1844)



148

A Monsieur  
Monsieur J. F. Boissonade  
de l'Académie des Inscriptions  
Paris.

Viro Summo

J. Fr. Boissonade

S. P. D.

C. L. Kayser.



Nactus locum, ad Te scribendi vide quam parum cunctis consilium mihi fuerat de voluntate redemptoris mei Turicensis, omittendi et Apollonii Tyrensis epistolas et Eusebium adversus Hieroclem; sed complures viri, quorum auctoritatem magni facio, ut retinerem illa quaecunque opuscula persuaserunt. Possem ea tradere, ut acciperimas ab Oleario, nisi obstat religio nobis criticis, fortasse nimis infusa, quae vix permittit relinquere male habita in eadem conditione. Itaque ad Te confugio, cui consuevi negotium facessere, benignitate nimirum singulari allectus identidem, atque expeto auxilium Tuum in gratiam epistolarum non admodum commendabilium, quas saltem, textus emendation commendet, si possim abs Te impetrare optimi Maxar. naei 87 lectiones, dum ne molestias Tibi descriptione illarum exhibeam; describat quispiam mea et causa et impensa.

Philostateae editionis meae priorem partem ad Te pervenisse nunc spero, certe mandavi libris, ut sine ulla Tua molestia istuc perferendam curaret. Quod si aliquid Tibi suppetat ad explenda multa et corrigenda, quae aut omisi aut commisi, gratias maximas habeo; utaque monitis in Addendorum paginis. Nunc in exitu Imaginum haerco; Epistolae ante illas in meo volumine collocatae sunt, quippe quas prius ad editionem paratas habebam.

Sapissime in eo labore Te mihi antecessorem gratulabar.

Gymnasticum prope diem abs Te emissum in ex Mynae Galenae  
nuperime intellexi. Non potuit in meliores pervenire manus, excepto  
cum librum ut  $\gamma\lambda\omega\chi\rho\iota\sigma$   $\rho\epsilon\delta\omicron\varsigma$  illic Eumaeus, Tu integrum solum nobis propones  
cujus ego frustula, tanquam exigua, protuli.

Tu autem, Vir Summe et Optime, ignosce audaciae meae,  
qui iterum ad Te accedere decreverim et perge favore cultori  
Tuo sincerissimo. Crepseras Te etiam atque etiam salutat.

Vale. Heidelbergae, 9 Junii 1845.


P.S. Quid audeo ad E. Millenium has includere epistolas, iterum ignosce quaeso; non fecissem, nisi  
famulatio Tuo exiguum laborem fore putasset tradendi tabellaris vestratibus.

Viro Praestantissimo

J. F. Boissonade

S. P. D.

C. L. Kayser.



Nuper accepi exoptatissimam epistolam Tuam comite novo  
 Tuae benevolentiae testimonio. Scito utramque Sobus utpro te  
 magnam fuisse gratiam. Si quid edendo sophista lucratus  
 sum, est virorum excellentium id et ac me dudum amatorum  
 et cultorum favor et amicitia, in quibus maxime  
 Tuum nomen, Vir venerandissime, splendet.

De Myra valde miratus sum, quod nuntias, scilicet  
 talis est Graecorum natio — oides iuris. Suspicio  
 illum meam editionem, cujus aliquis index ad eum  
 pervenit, expectare velle; ubi prodierit, non amplius,  
 spero, morabitur. Ceterum haud intelligo, cur  
 non bibliotheca regia suum libellum proscat,  
 sibi non invenit!



817

Liber meus nunc paene ad umbilicum pervenit; ~~huc~~  
versantur enim operae in Callistrato, quem Pseudo-  
Apollonius et Eusebius adversus Hieroclem subse-  
quentur, claudente aqmen indice triplici. Inde  
a Philostrato Juniore novus erit numerus pagi-  
narum, ut *Τρυφωβυζός*, ille deiformis thesaurus  
olim addi possit Senioris operibus: quod ut cito  
fiat, plurimum abs Te et Hasio, Villemai-  
nii amicis exspecto.

Vale, Vir Summe, et perge favere homi-  
ni Tui amantissimo. Crepescus, senex  
hilaris et bene valens, Te salutatur  
et Tibi gratias agit, quod tam amanter  
sui meminisses. Iterum vale.

Heidelbergae, 6 Oct. 1845.

Epistolam ad Millerum quam primum commode possis, quaeso,  
mittas; est enim festinantis argumenti.



  
 [Faint handwritten text, possibly including names like Miller and dates like 1840]

147

À Monsieur J. F. Boissonade  
HEIDELBERG  
K. 156

Monsieur J. F. Boissonade  
de l'Académie des Inscriptions  
et des Belles-Lettres  
Paris



20  
8



120

Tu denique, quod libentissime etiam atque etiam repeto et recolo,  
Tua nimis quidem benevolente commendatione mei in Praef. Epistola-  
rum facta effecisti, ut redemptor non amplius abhorreret a  
recipiendo sumtu, quem non exiguum fore nec facile compen-  
satum iri brevi tempore intelligebat. Itaque hic liber  
Tibi consecratus sit, quamvis non ausus sim adicere nomen  
Tuam illustrissimum Jacobsiano. Jacobsio enim quasi roveram  
olim, hoc, quidquid est, manusculi, cum venerabilissimus et  
amabilissimus senex in excitando Lipsiensi quodam nomine  
diutissime laboravisset. Coniungere poteram Vos duos heredes  
at sensus quidam, quem explicare verbis nequeo, retulit  
plura nomina coniungere: Commodestius esse videbatur,  
si ego homo pusillus id facerem.

Excusationem longiorem loquaciorique dices, est potius multa  
scripta, quam Tibi, Vir Summe, qui gratissimi animi signifi-  
cationem benevole accipere soles etiam ad Te delatam.

Aliud est, quod excusare magis cogor, ne quid et hanc

me habeas. Ad amabilissimam enim schedulam Tuam, 13 Nov.  
 datam nunc demum respondeo. Nil possum pro me dicere, nisi  
 satis sero illam ad me pervenisse, credo ante hos duo tresve menses,  
 deinde statuisse me una cum perfecto opere tibi gratias agere  
 bellissimi additamenti, quo in calce libri adhuc uti poteram.  
 Retardavit me typographus, quem aliquanto prius ad finem  
 accessurum hujus operae speraveram.

De Gymnastico nil adhuc novi?

Cruferus noster, valens optime, reddit ex animo salutem Tuam.  
 Vale, Vir Optime et Humanissime ac perge mihi bene velle


Heidell. 23 Junii die 1846.

consilium nunc mutavi, ut per redemptorem Turico  
 mittendum tibi curarem exemplar.

*Handwritten scribble*



A Monsieur



Monsieur J. B. Poissonade

de l'Academie des Inscriptions  
et

Paris.

Rue Richelieu, n<sup>o</sup>. 58



Paris College de France



*Faint handwritten text at the bottom of the page.*